UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Bartoli Consilia, Quæstiones, & Tractatus

Bartolus

Lugduni, 1567

Tractatus De Alimentis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-96124

Visual Library

ben. Secundo facit quod doctor creatus ab Imperatore precedit doctorem creatum ab alio inferiore, licet prius ſecundum Lud. Ro. in l. ſi vero. §. de viro. in xlix. fallen. ff. ſol. matri. quem refert, ⁊ ſequitur Alex. in l. ij. §. prius. ff. de vulg. ⁊ pup. ⁊ ibi vide Iaſo. Adde do. Manſuetum de Peruſio, in repe. rub. C. de teſta. mil. ⁊ Mar. Lauden. in ſuo trac. de digni. in conclu. xvj. et eundem in conclu. xxxij. Tertio facit quod dicit Franc. Tig. in d. l. ij. ff. de albo ſcriben. de canonico facto a papa, quod debet preferri canonico facto ab inferiore. de quo per Ancr. Sicu. cap quod clericus. de foro compe. ⁊ Fel. in d. cap. per tuas. de maio. ⁊ obedien. de quibus plene ſcripſi in tracta. meo de preſtan doct. lib. j. in xvij. q. ij. q. prin. ⁊ in ix. lib. xv. q. princ.

g ¶ An baſtardi. Vide plene de hac queſtio. per domi. Nicol. de Vbal. auditorem Rote digniſſimum, in ſuo tracta. de ſucceſſio. ab inteſta.

* Sed apud. Adde ⁊ vide ad hanc materiã Do. Pet. de Vbal. in tracta. de duo. frat. in xj. parte princip. verſi. xj. quero. vbi late examinat.

h Th. Dip. ¶ Parte hominis. Vide per do. Barth. Ver. in ſuo tract. de Impe. militum eligendo. in j. priuil. dignitatis, vbi omnino videas, vbi arguit contra dominos Venetos.

¶ Hunc tractatum de Inſignijs, ⁊ armis editum a do. Bart. de Saxoferrato publicauit poſt mortem dicti do. Bar. do. Nicolaus Alex. legum doctor, generq; ſuus, octauo die Ianuarij.

Tractatus De Alimentis.

1 ☞ Alimentorum appellatione continentur omnia neceſſaria ad vitam, ſine quibus corpus humanum ali non poteſt.
2 Alimenta remiſſa tranſactione, vel pacto non remittitur veſtiarium vel habitatio.
3 Alimenta debita iure ſanguinis debentur etiam magiſtro tribuenti liberales artes, ſecus ſi debentur ex diſpoſitione hoĩs.
4 Lectus quod debeatur illi, cui legata ſunt alimenta, vel victus, vel educatio.
5 Famulo, ſi legatur vita in domo teſtatoris, debẽtur omnia neceſſaria ad victum.
6 Alimentis legatis vel ſi legatur victus, vel educatio, debentur medicine.
7 Cibario, vel diario legato, non veniunt veſtitus, nec habitatio, nec medicine.
8 Pater cogitur alimentare filium neceſſitate nature, ⁊ filius patrem.
9 Filius emancipatus qui non alit patrem, poteſt in patriam poteſtatem reuocari.
10 Filius nolens alere patrem, poteſt exheredari ⁊ eſt iuſta cã.
11 Pater ex cauſis ex quibus poteſt filium exheredare, ex illis poteſt eis denegare alimenta.
12 Pater filium, ⁊ filius patrem tenetur alere, niſi alẽdus habeat artem ex qua ſuſtentari poſſit.
13 Mater alit filium vſque ad triennium, ⁊ etiam poſt, ſi pater eſt inops ⁊ ipſa diues.
14 Pater non alens filium, qñ tenetur lege Cornelia de ſicarijs.
15 Frater tenetur alere fratrem, vel ſororem.
16 Socer tenetur alere nurum.
17 Pater filium naturalem, ⁊ etiam natum ex damnato coitu de iure canonico alere tenetur.
18 Alimenta ſi relinquuntur alicui, cui diuerſimode preſtare conſueuit teſtator debentur inſpecto tempore teſtamenti.
19 Iudex conſtituit alimenta deberi per vnum heredem, quando plures heredes ſunt inſtituti, et incommodum eſſet legatarios conuenire ſingulos.
20 Alimenta non debentur per eum, qui eſt ſoluendo pro eo qui non eſt ſoluendo.
21 Alimenta ſi ſunt relicta, an debeantur menſtrua, vel annua.
22 Alimenta preſtantur iuxta teſtatoris conſuetudinem, ſi de ea non conſtat, arbitrio boni viri.
23 Legatum alimentorum quando factum eſt pauperi, dicitur ad pias cauſas.
24 Alimenta in quo loco preſtantur.
25 Filius preſtans alimenta patri, illa portat ad locum vbi pater eget, ⁊ degit.
26 Filius an alat patrem deportatum.
27 Incapax, cui alimenta ſunt legata, admittitur officio iudicis.
28 Alimenta preſtans coniuncto, quando repetat.
29 Alimenta an petantur pro tempore futuro.
30 Alimenta preſtans per triennium inducit obligationem perpetuam.
31 Legatum alimentorum non minuitur, licet teſtator diminuat in codicillis ad tertiam legata facta in teſtamento.
32 Eſtimatio pro alimentis preteritis debetur pro habitatione, medicinis ⁊ ſimilibus, pro frumento, vino oleo, carnibus, ⁊ veſtibus non, ⁊ peti poteſt.
33 Tranſigere ſuper alimentis debitis, vel ex contractu inter viuos, vel vltima voluntate quando poſſit.
34 Ratio quare ſuper alimentis debitis ex contractu tranſigatur non ſuper debitis ex vltima voluntate.
35 Paciſci ſuper alimẽtis ſine decreto non poteſt quando debentur ex vltima voluntate.
36 Alimenta ex vltima voluntate quomodo intelligantur deberi.
37 Tranſactio ſuper alimentis, ſi alimentandus facit ſuam conditionem meliorem, tenet ſine decreto.
38 Alimenta ſi ſunt relicta pluribus, hi inter ſe ſine pretore non tranſigunt.
39 Ciuitas petit legatum factum ad alimenta pauperum.
40 Extraneus heres filij tenetur alere patrem filij.
41 Monaſterium ſuccedens monacho tenetur alere patrem monachi.
42 Ratio preſtandi alimenta venientibus per ſexum femininum non eſt par ſicut venientibus per maſculinum.
43 Abbas alit monachum pendente queſtione an ſit monachus.
44 Res que vendi non poteſt venditur pro alimentis.
45 Vaſallus alit dominum egenum.
46 Tutor denegans alimenta pupillo, remouetur a tutela, et punitur.
47 Sententia ſuper alimentis eſt diffinitiua, ⁊ ab ea appellatur, tamen interim alimenta preſtantur.
48 Vir alit vxorem nullam dotem habentem ſi ei operetur, vel per eam non ſteterit.
49 Vxor alit virum inopem, ⁊ eius bona habet obligata pro reſtitutione.
50 Tutor tenetur alere matrem, ⁊ ſororem pupilli egentes.
51 Tutor pauper debet ali de bonis pupilli.
52 Alimenta debentur ex fructibus, ⁊ reditibus.

a TRactaturus De alimentorum[a] materia, quia alimenta deberi cõtingit tam ex iure naturali quam ex iure ſanguinis, ⁊ affectionis, tã ex hoĩs mortui diſpoſitione, quã ex diſpoſitione viuentis, ⁊ quia que a natura ſunt digniora eſſe noſcuntur, ideo de his alimentis putaui prius oſtendere, que a natura debentur, deinde ſucceſſiue dicam de his, que hominis voluntate debentur, ⁊ ſubdam queſtiones quaſdam, ⁊ dubia particuilibet adaptanda. Et quia fruſtra eſt de alimentis querere, ſeu tractare, niſi ſcrutemur quid eorum appellatione contineatur. Ideo quero

1 quid † continetur alimentorum appellatione? Et dico, ſi tractamus de alimentis preſtandis, appellatione alimentorum continentur omnia neceſſaria ad vitam, ſine quibus corpus humanum ali non poteſt, vt cibaria, alimenta ⁊c. que hominum natura demonſtrat. Item habitatio, vt l. legatis alimentis. §.

b de alim. ⁊ cib. lega. Item calcearium,[b] vt l. cum hi. §. de calceario.

2 ff. de tranſac. Si vero tractemus † de alimentis remittendis tranſactione, vel pacto, remittens alimenta ſimpliciter, non videtur remittere veſtiarium, vel habitationem, vt l. cum hi. §. qui tranſ-

3 igit. ff. de tranſact. Quero, an ei, † cui debentur alimenta, de-

c beantur ſumptus [c] preſtandi magiſtro qui eum imbuit liberalibus artibus? Dic, aut alimenta debentur iure ſanguinis, vt ſ. dicam, ⁊ tunc tales ſumptus debentur. caſus eſt in l. qui filium. ff. vbi pup. educ. deb. Aut debent̃ ex diſpoſitione hoĩs, et tunc non debentur. caſus eſt in d. l. legatis. Quid ſi debeat educari?

4 Reſpon. idem eſt. l. fina. de alimen. ⁊ cibar. lega. Quero, † an in dictis tribus caſibus parem ſignificationem importantibus con-

d tineatur lectus,[d] vt ille cui legant̃ alimenta, vel victus, vel educatio debeat habere lectum? Reſpon. ſic. l. quos nos §. verbum viuere. ff. de verbo. ſigni. cum viuere non poſſit quis cõmode ſi-

5 ne eo, vt ibi no. Quero, † ſi aliqs legat vitã famulo ſuo in ſua domo, vt quotidie faciũt teſtatores. qd videat̃ legatum? Reſpon. quod videntur legata omnia que ad victũ ſunt neceſſaria, ⁊ ſic omnia predicta, vt probatur in dicta l quos nos. §. verbum vi-

6 uere. ff de ver. ſigni. Quero † an illi, cui debent̃[e] alimenta vel vi-

e ctus, vel educatio debeant medicine? Credo quod ſic, cum non ſit poſſibile ſine eis ducere vitam ſuam, ⁊ ſic debent̃, cum neceſſarium

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

ſariũ corpori debeat.l. ſi cum dotem.§. ſin autem in ſeuiſſimo:
ff.ſoluto matrimonio. licet in contrarium poſſit retractari quaſi
7 ibi ponatur ſpecies ſeparata.Sed quid ſi debeatur † diariũ,vel
cibarium: Dic ſolum cibum deberi,non veſtiarium,nec habita-
tionem,vel alia ſupradicta,vt l.diarijs.,de alimentis et cibarijs
legatis. ꝛ appellatione cibariorum intelligo potum.l. et ſi non
ſint.§.Stichum.ff.de auro ꝛ argento legato.ꝛ cui debentur ciba
f ria,non debentur medicine, [f]quia ſolum eum cibare tenetur, et
ita retulit conſuluiſſe ſepe domin.Fran.Tig.de Piſis legum do
ctor,in perſona domi. Ioan. de Luciano dum Spoleti aſſeſſo-
ris officio fungeretur.¶ Viſo quid contineatur appellatione a-
limentorum videamus quibus perſonis ex neceſſitate nature,ꝛ
8 ſanguinis alimenta debeantur,ꝛ primo †pater tenetur alimen-
tare filium,ꝛ cogitur officio iudicis,vt l. ſi quis a liberis. et ibi
glo.ff.de liberis agnoſcen.ꝛ C.de pat.pot.l. nec filium. Item fi-
lius patrem tenetur alere.l.ſi quis a liberis.in prin.ꝛ C.de alẽd.
liber.l.j.in fine.ꝛ eadem de auo ꝛ nepote diſpoſitiuo,q tenet lo
9 cum patris,vt l.ſecunda.§.non ſolũ.ff.de excu.tut. Quero † circa
hoc filius emancipatus non alit patrem, nunquid ex hoc poteſt
reuocari in patriam poteſtatem: Videtur quod ſic, vt l.vnica.
C.de ingratis liberis.Nam atrocem iniuriam committit in eum
ſi patri egenti denegat alimenta,vt l.necare.de liberis agnoſcẽ.
propter quam atrocem iniuriam emancipatus reuocatur in pa-
triam poteſtatem, ſicut etiam libertus reuocatur,vt dicta l.vni-
10 ca.C.de ingra.lib.vbi no.per glo. in ver. reſciſſa propter † quod
dicerem,quod ſit cauſa ſufficiens exheredandi filium patri, cum
patrem necare dicatur,ex quo ei indigenti denegat alimenta,vt
11 dixi.Quero,†an ex cauſis,[g] ex quibus pater filium poteſt exhe-
g redare,poſſit pater ꝛ filio,vt ingrato denegare alimenta,glo.in
verb.detulerat.dicit quod ſic,in dicta l.ſi quis a liberis.§. ſi qs
h ex his.ff.de liberis agnoſcen. [h] Item † hoc procedit: quia pater
12 filium vel econtra alere teneatur,niſi alendus habeat artem,ex
qua ſuſtẽtari poſſit,vt dicta l.ſi quis a liberis.verſi.ſz et ſi filius.
quod intelligo,niſi ſit perſona que operari dedignaretur vt mi
les,vel homo nobilis:qꝛ eo ipſo quod eget,licet operari poſſit,
alendus eſt, vt dicta l.ſi quis a liberis.§.ſecũdo,verſiculo quo-
rundam neceſſitatibus faciliũs, ꝛc. ꝛ quod ibi apoſtillauit Iac.
13 de Are.pro quo facit quod j. prime dicam. Quero † an mater
i teneatur filium alere: Et dico quod ſic vſqꝫ ad trienniũ, ꝛ ẽt i
vltra, ſi pater laboret inopia, mater autem affluat opibus vt l.
prima.§.ſi mulier.ff de liberis agnoſcẽ.quod eſt verum,ſcilicet,
quod vſque ad trienniũ alere teneatur, niſi ſit perſona talis cõ-
ditionis,quã lactare non deceat vt no.Azo in ſumm.C. de pa.
pote.in fine.Pro quo facit quod not. Iac.de are.in l.ſi marit⁹.
14 ff.ſoluto matrimonio.Quero † an in caſibus,in quibus pater te-
netur alere filiũ,ſi eũ faciat perire fame, an teneatur lege Cor-
nelia de ſicarijs: Gloſſ.tenet quod ſic, in dicta l.necare. ff. de li-
15 be.agnoſcẽ. Quero an † [k] frater fratrem vel ſororem teneat ale-
k re: Reſpon.quod ſic,vt l.mutus.§ manente. ff. de iure dotium.
ꝛ per tex.in l.quãuis.ff.ſoluto matrimo.in dicta l.ſi quis a lib.§.
16 primo.ꝛ ff.de tut.ꝛ rat.diſtr.lege prima.Quero † an ſocer tenea-
tur,alere nur: Dic quod ſic,vt dicta l.ſi qs a liberis.§.non tan
17 tum. Quero † an pater teneatur filiũ naturalem [l] tantum alere:
l Reſpondeo,quod ſic,vt dicta lege ſi quis a liberis.§.primo. C.
de inceſt.nupti.authen.ex complexu,vt ibi notatur,ſed ex eqta
te canonica etiam natos ex damnato coitu tenetur alere, vt in
c.cum haberet.extra de eo qui dux.in matri.quã pol.per adul.
Viſo cui debeantur alimenta p̃ſtari ex neceſſitate, modo videa-
mus quibus debentur alimẽta ex mandato hominis. Circa qđ
18 quero † ſi teſtator ſic dixit: Lego ei alimenta, que ſolitus ſum ei
preſtare in vita mea,ſi teſtator ei preſtitit vario modo, qꝛ quã-
doque ei preſtabat ampla alimẽta quandoqꝫ ſtricta,quod er-
go tẽpus inſpicietur: Dic quod inſpicietur tẽpus conditi teſta
menti,vt quo modo tempore cõditi teſtamenti,ea preſtabat,eo
modo p̃ſtari debeant alimenta poſt mortem teſtatoris vt dicta
19 l.Mela.§.ſed ſi alimenta.ff.de alimẽ.ꝛ cibarijs legatis. † Que-
ro quid ſi relinquunt alimenta,ꝛ ſunt plures heredes inſtitu-
ti in teſtamento, ita quod ſit incõmodum legatarijs conuenire
ſingulos heredes,ꝛ p hereditaria portione qualiter conſuletur
legatario: Dic quod iudex cõſtituet,per vnũ heredez illi p̃ſtari
20 alimenta,vt l.prima.ff.de alim.ꝛ ciba.lega. Quero † plures de-
bent alimenta,quorum aliqui ſunt ſoluendo, aliqui non, nunqd
propter exiſtentem non ſoluendo tenebitur ille,qui eſt ſoluen-
do: Dic quod non.l.tertia.in fi.ff.de alimen.ꝛ ciba. lega. ꝛ l.pe-
21 cunie.eodem titu. Quero, † quo tempore ſint alimenta preſtan-
da,vtrum menſtrua,vel annua: Iacob.de Are. in l.fin.ff.de lib.
agnoſcen.diſtinguit, Aut debent ali vſque ad dictum tẽpus vel
perpetuo donec viuit, ꝛ alimenta ſunt preſtanda, ꝛ tangitur in
dicta l.fina.C.de epiſco.ꝛ cleri.l. ſi quis ad declinandam. ꝛ in l.
pecunie.in fin.ff.de alimen.ꝛ cib.leg.ꝛ no.glo.in verb.deceſſerit

in l.nec ſemel.§.ſi in habitationẽ.ff.quando di.leg.ced. ꝛ l. Fir-
mio.§. pater.verſi.ſed non initio.Facit.ff.de tranſac.l.cum hi.§.
22 cauſe.Quero,†legata ſunt alicui alimenta heres dicit volo tibi
preſtare neceſſaria ad vitam,ſed tu potes viuere cum tanto pa
ne ꝛ aqua in die ꝛ volo tibi id preſtare,ꝛ nõ aliud quid iuris:
Dic quod ſi teſtator conſueuit preſtare alimenta, illa talia per
heredem preſtabuntur,alias conſiderabuntur facultates debẽ-
tis alimenta preſtare,ꝛ dignitatem legatarij cui deberentur, et
conſuetudo regionis,ꝛ his conſideratis,preſtabuntur alimenta
arbitrio boni viri,vt l.cum alimenta.ff.de alimen.ꝛ ciba.lega.ꝛ l.
ſi cui annuum.ff.de ann.leg.ꝛ l.cũ hi.§.in perſona.ff.de tranſac.
23 ꝛ l.ſed ꝛ ſi quid.poſt princ.ff.de vſufruc.† Quero,vtrum legatuz
alimentorum dicatur ad pias cauſas: Gl.in verb. vt miniſtrum.
dicit quod ſic,in l.ſi quis Titio.ff.de legatis ſecundo.ꝛ C.de ſa-
croſanctis eccleſijs.l.ſancimus. circa finem. dum dicit quoniam
non abſurdum, ꝛc. iuncta ibi gloſſ. in verb. animas hominum.
Sic gloſſ. exemplificat legatum ad pias cauſas legato alimen-
torum, quod eſt verum quando legatum eſt pauperi, vt in au-
then.vt cum de appella.cog.§.ſi vnũ de predictis parentibus,ꝛ
cetera.ꝛ eſt glo.in lege,ſi cui annuum.ff.de annuis legatis. ꝛ p-
batur in lege,cum hi.§.ſi in annos ſingulos.ff.de tranſactioni-
bus, ꝛ hic ſoluit queſtionem an in legato alimentorum poſſit
24 Falcidia detrahi.¶ Quero † in quo loco debeant alimẽta p̃ſta-
ri.Vide glo.in verb.alteruter.in lege, cum hi.§.cauſe.ff.de trã-
25 actionibus.tñ in caſu notabili quando † filius debet preſtare a-
limenta patri,debet portare ad locum vbi pater eget, et degit,
vt probatur in authẽ.de inceſtis nuptijs.poſt principium. ver-
ſicu.ſi vero contigerit.iuncta ibi glo.in verb.alia neceſſaria in fi.
Et ſi dicatur,illud eſt ideo,quia pater erat ibi deportatus,et ſic
non potuit venire ad filium pro alimentis,non bene dicunt: qꝛ
per procuratorem vel nuncium potuit mittere, vt dixit domi.
26 meus in lege,item illa.de conſtitu.pecu. ¶ † Quero an filius te-
neatur alere patrem deportatum: Dic vt dicto §.j.ꝛ in authen.
inceſtas.C.de inceſtis nuptijs.l.mutus.§.manẽte.ff.de iure do-
tium.facit glo.in l.legatum.ff.de capitis diminutio. ꝛ infra pri-
27 me dicam.¶ † Quero ſi legantur alimenta incapaci, vt damna-
to in metallum,vel ſimilibus an poſſint ad legatuz admitti: dic
quod ſic iudicis officio: vt l.ſeruos ad cuſtodiam,de alimentis ꝛ
cibarijs legatis,ꝛ quod not.in dicta lege cum hi.vbi ſeruus vel
incapax poteſt de alimentis trãſigere,vel paciſci. ¶ Quero qđ
28 ſi aliquis habens † de bonis alicuius, vel aliquo mõ cõiũctus
preſtet alimenta alicui,an poſſit ab eo repetere,vide ff.de nego
tijs geſtis.l.Meſennius.ꝛ C.de tranſactioni.l.de alimentis.ꝛ C.
29 de nego.geſt.l.alimenta,† quomodo alimenta poſſint peti p fu
turo tempore,vide in d.l.alimenta.C.de negotijs geſtis.ꝛ l. nõ
30 quemadmodum.ff.de iudic.¶ Item no.† ſpeciale in alimentis,
quia ſi per triennium preſtentur,inducunt perpetuam obliga-
tionem ad ea preſtanda in futurum,vt l.j.C.de fideicõ. ꝛ l.ſi cer-
31 tis annis.C.de pactis.¶ † Quero, teſtator legauit alimenta, ꝛ
plura legata alia fecit deinde in alio teſtamẽto,ꝛ codicillis lega
ta minuit,dicendo,que legaui volo pro tertia tantum parte pre
ſtari,an hoc refertur ad ad legatum alimentorũ,caſus notabilis
quod nõ,in l.libertis quos.§.poſthumis.ff.de alimentis.ꝛ ciba
rijs legatis.ꝛ eſt caſus notabilis ĩ l.Caius.ff.de annuis legatis
32 ¶ † Quero debetis mihi alimẽta in eſtimatione, de preſentib⁹
non eſt dubium vt ipſa ſpecies debeatur,vt dicta l.legatis.ff.de
alimen.ꝛ ciba.lega.ꝛ lege,verbo victus,de verb.ſigni.ꝛ leg.j.C.
de eroga.mili.anno.libr.xij. De preteritis autem alimentis vi-
detur idem per legem,cum vnus.§,verbis. ꝛ l.liberis.§. manu-
miſſis.ff.de alimen.ꝛ cib.leg.vbi tex.denotat alimenta preteriti
temporis peti poſſe. In cõtrarium videtur quod eſtimatio ipſa
peti poſſit,vt l.ſi vſuſfructus mihi in biennium. ff.de vſufructu
lega.Vnde vt predicta iura concordentur,diſtingue,quod que-
dam ſunt alimenta de preterito tempore, ꝛ ipſa non petentur,
vt habitatio.nam impoſſibile eſt dari habitationẽ preteriti tem
poris,ꝛ ideo tenetur pro ipſa habitatione petere eſtimationez,
vt dicta l.ſi vſuſfructus. ¶ Quedã ſunt que non pereunt tamen
expedit nobis quod preſtentur,vt medicine,quibus anno prete
rito indigebam,ꝛ nunc non egeo:quia ſum ſanus ꝛ pro iſtis etiã
peteret eſtimatio,vt d.l. ꝛ vſufructus.ꝛ l.patronus q operas.ꝛ
l.libertis.in fin.de oper.liber.que bene probant. Quedam ſunt
que expediunt nobis vt hodie dentur ſicut heri,vt frumentum,
vinum oleum carnes,veſtes,ꝛ ſimi.que anno preterito dare de-
buiſti.Et de iſtis dico petendum quod debitum fuit,vt dicta l.li
bertis.§.manumiſſis.ꝛ l.cum vnus.§.verbis.ff.de alimen.ꝛ cib.
leg.petitur autem pro his preteritis non etiaz petendis. caſus
eſt nota.in l.nulli.C.de ero.milita.ann.lib.xij.Verum,quia mul-
toties petimus eſtimationem alimentorum, ꝛ aduerſarius reſi-
33 ſtit,ꝛ ſic deueniunt ad tranſactionem,ideo videndum eſt † quali-
ter ſuper alimentis debitis tranſigatur.Et dic, quod aut ali-

menta debentur ex vltima voluntate, aut ex contractu inter vi⸗
uos ⁊ iſto vltimo caſu poteſt ſemper creditor tranſigere ⁊ paci⸗
ſci.l.cum hi.§.plane.ff.de tranſactio. Si ex vltima voluntate, ⁊
tunc aut vult tranſigere ſuper alimentis preteritis, aut futuris,
de preteritis poteſt tranſigi.dicta lege, de alimentis. C.de trāſ⸗
action.⁊ not.in dicta lege.cum hi.in ſecunda gloſſ. Super futu⸗
ris vero alimentis non poteſt tranſigi ſine decreto Pretoris,
vt l.cum hi.in princip.ff.de tranſaction. Ratio quare licet trāſi⸗
gi ſuper alimentis preteritis, eſt:quia ceſſat ratio, ne fame pereat
34 alimentarius. Sed que eſt ratio, †quod ſuper alimentis debitis
ex contractu licet tranſigere non ſuper debitis ex vltima volun
tate? Reſpon.ratio eſt multiplex. Prima eſt duplex, ſcilicet, fa⸗
uor alimentorum, ⁊ vltime voluntatis, vt l.alio. ⁊ l.ſeruos. et l.
Mel.i.ff.de alimen.⁊ cib.leg.⁊ l.fin.C.de neceſſa.ſeruis. In ali⸗
mentis vero ex contractu inter viuos eſt vnus tantum, ſcilicet
fauor alimentorum. Item alimenta mihi debita ex contractu
inter viuos debentur mihi ex mea induſtria, ⁊ ſi fui diligens in
querendo ea, ita preſumor diligens in retinendo, ſed alimenta
mihi debita ex vltima voluntate non debentur mihi ex mea in⸗
duſtria, ſed ex aliena prouiſione, ⁊ ideo ceſſat preſumptio in re⸗
mittendo, vt probatur Inſtit.de verborum obligatio. §. ex con⸗
35 ditionali. †Item ſicut non poteſt tranſigi ſine pretore ſuper a⸗
limentis ex vltima voluntate debitis, ita non poteſt paciſci, vt
no.in dicta l.cum hi.in ij.gl.in verſ.alimentorum.ff. de tranſact.
36 et intelligo †deberi alimenta ex vltima voluntate, ſiue debeātur
ex teſtamento, ſiue ex donatione cauſa mortis, ſiue relinquant
ab eo, cui mortis cauſa aliquid eſt relictum, vel cauſa conditio⸗
nis implende.d.l.cum hi.§.ij.⁊ iij.⁊ debet pretor decretum in⸗
terponere, dicta lege.cum hi.§.cauſe huiuſmodi. Cauſas autem
iuſtas que debeant mouere pretorem, vide vt ibi habetur in §.
37 ſequenti. Si vero ſine †pretore tranſigat ſuper alimentis, ⁊ me⸗
liorem facit conditionem ſuam, tenet trāſactio, alias non, vt di⸗
38 cta l.cum hi.§.quid ergo. Item †ſi pluribus alimenta relinquū⸗
tur, non poterunt ſine pretore inter ſe tranſigere: quia durat ra⸗
tio prohibitionis, vt dicta l.cum hi.§.ſi vni.alias ſecus vt l.vo⸗
luntas.C.de fideicommiſ.⁊ de tranſactione ſuper alimētis fien⸗
da dic plene vt d.l.cū hi ff.de tranſactio.per totam legem. Quero,
39 †relictum eſt aliquid ad pauperum alimenta an ciuitas habeat
petitionem illorum alimentorum? Dic quod ſic: cum dicatur re
lictum in honorem ciuitatis, vt l.ciuitatibus. poſt princip.ff. de
leg.i. Guliel. in Specu. de inſtrumen.edi. §. nunc vero aliqua.
40 verſicu.ſed nunquid quilibet de pp̄io. Quero, an †extraneus
heres filij teneatur alere prēm egenum? Dic quod ſic per text.
41 in l.ſi quis a liberis.ff.de lib.agno.⁊ ſimiliter †monaſteriū ſuc
cedēs monacho tenet alere patrem monachi, cum ſit ſuus heres
cuiuſdam ſemimortui, vt not.in authent.ſi qua mulier. C.de ſa⸗
42 croſanc.eccleſ. †Quero an ſit par, ⁊ eadem neceſſitas alimenta
preſtandi venientibus per ſexum femineum, ſicut venientibus
per ſexum maſculinum. Text. videtur velle quod non, in l.pe⸗
nul.ff.de lib.agno.vide in l.ſi quando negotium. vbi gloſſ. not.
que incip.not.in argumen pro ſubdito.C.de ordi.cog.⁊ ibi alle⸗
43 gantur multa iura. † Item monachus alendus eſt ab Abbate,
dum pendet queſtio an ſit monachus, vel non, ⁊ cauſa cognita,
preſtabuntur, vt extra de accu.c.ex parte. ⁊ l.ſi inſtituta. §. pen.
ff.de inoffici.teſtamē. Quid autem in cauſe cognitione verſetur,
44 vide in dicto capit. ex parte. Quero, †aliquis non habet vnde
ſe alat, niſi venderet aliquam ſuam rem, que tamen eſt ad peti⸗
tionem iudicis ſequeſtrāda? Dic quod propter alimenta vendi
45 poteſt ⁊ vide tex.in l.fin.C.de ordi.cog. Quero †an vaſallus te⸗
neatur alere dominum egenum. Certe ſic, alias poſſet dominus,
cui alimenta denegantur, auferre ei feudum, vt in vſib. feud. de
46 for.fid. capitulo primo. Quero, †tutor denegat alimenta pupil⸗
lo an ſit iuſta cauſa remouendi eum? Reſpondeo ſic, ⁊ etiā pu⸗
niendus eſt, vt l.ſi.ff.vbi pu.edu.deb.⁊ l.iij.§.tutor qui ad alimē
47 ta.ff.de ſuſpec.tuto. Quero, † an ſententia lata ſuper alimentis
ſit interlocutoria vel diffinitiua? Reſpon. quod eſt diffinitiua.
vt dicta l.ſi quis a liberis.§. ſi quis ex his.de lib. agn. Quero,
an a ſnīa lata ſuper alimentis poſſit appellari? dic quod ſic. do.
Franc.Tig de Piſ.dicit oppoſitum: quia iterum prouideri po⸗
terit, quod cum ſit informata conſcientia iudicis per alimenta⸗
rium, tamen ſententiam pro eo tulit, facit interim alimenta pre⸗
ſtari, vt dicta l.ſi quando negotium, que communiter intelligi⸗
tur, quando pars petens alimenta intentionem ſuam funda⸗
48 uerat, et iudicis conſcientiam informauerat. Quero, † an mari⸗
tus teneatur alere vxorem ⁊ quando habet ab ipſa dotem, non
eſſet dubium quod teneatur eam alere: quia dos tenetur, et dz
reſeruari oneribus matrimonij, vt l.pro oneribus. C.de iure do.
m Sed quando vxor nullam habet dotē dico[m] idem, ſi ipſa mari⸗
to operatur, ⁊ idem in herede mariti diſſoluto matrimonio, vt
not.gloſſ.in verb. eſſe dz.l. ſicut patronus ff.de oper.lib.alias
ſi ei non operaretur, credo eam non alendam, niſi ipſa eſſet furo
re detenta, vel ſi maritus eam expulerit, cum tunc non ſtet per
ipſam quo minus operetur marito, vt l.ſi cū dotem.§. ſinautem
in ſeuiſſimo.ff.ſoluto matrimonio.⁊ no.per Cy.in l. quod in vxo
49 rem.C.de neg. geſtis. Quero †quid econtra.an vxor teneatur a⸗
lere virum egentem? Spec. tenet quod ſic, in titu. qui filij ſint
leg.§.primo.verſi.quid ſi mulieri.⁊ vide etiam. C. de iure dot.l.
vbi.⁊ ff.ſoluto matrimo.l.ſi conſtante.in princ. Quero, an vxor
50 †habeat bona viri obligata pro reſtitutione[n]? Jacob.de Are. di
n cit, quod ſic, per l. Lucius.ff. qui po.in pig.hab. oppoſitum ta
men tenet domi. Franc. Tigri.de Piſis per leg.j.ff. ſoluto ma
trimonio. Quero an tutor teneatur alere pupilli matrem, et ſo
rorem egentes? dic quod ſic, vt l.j.§.ſed nonnullos.ff. de tute.et
51 ra.diſtr. Quero †tutor eſt pauper, nec habet vnde ſe alat, an de
beat ali de bonis pupilli? Text.videtur quod ſic, in l.j.§. ſi pu
52 pilli.ff.de tute.⁊ ra.diſtra Vltimo †quero[o], an alimenta ſint pre
o ſtanda de pecunia redacta ex venditione rerum, an ex fructibus
earundem? dic quod ex fructibus, et reditibus debent alimenta
p̄ſtari, vt l.iij.§.Modeſtinus.ff.vbi pupil.edu.debe.ff. ad Tre
p bellia.l.Imperator.[p] in fi.⁊c.

¶Tho.Dip. Iſte ſunt additiones Ang.de Peruſio, quas in
ueni in xx.libro conſilio.poſt Tracta.Bartol.de alimentis, ma
nu ſcriptum.

¶Adde predictis quod poteſtas; ⁊ alij maiores officiales te
nentur alere eorū iudices ⁊ officiales, ſi infirmentur ⁊ eis me
dicinas dare, ⁊ expenſas tantum condecentes facere. inſpectis
conditionibus qualitatibus, ⁊ gradibus perſonarum ad recu
perationem ſanitatis. Ita dicit Cyn.in l.quod in vxorem. C.de
neg.geſtis.quem ſequitur ibidem Bald.⁊ no. per Bar.in l.le
gatis alimentis.ff.de alimen.⁊ cib.lega.⁊ per eundem in l.ſi cū
dotem.§.ſinautem in ſeuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio.in fi.lect.
illius legis, ⁊ not. per Specu.in titu. qui filij ſint legitimi.§.j.
verſic.ſed nunquid is, qui tenetur preſtare alimēta. Item domi.
Barto.in quodam ſuo tract.dicit quod per alimenta educatio⸗
nis vel victus debentur medicine cum non ſit poſſibile ſine eis
vitam ſuam ducere. Pro quo eſt tex.in dicto.§.ſinautem.ibi, ali⸗
menta p̄ſtare, ⁊ medicina eis ſuccurrere. ⁊ nota. in ſim. in l.indi⸗
gnum.iuncta gl.ff.de his qui.vt indi. Item no.quod per diariū,
vel cibarium ſolus cibus debetur non aūt veſtimēta.habitatio,
vel alia.S.dicta, vt l.darijs.ff.de alimē.⁊ cibarijs legatis.⁊ quod
appellatione cibi, etiam potus intelligitur. vt l.⁊ ſi non ſunt.§.
ſi cui eſcarium.de auro ⁊ argento.leg.⁊ l.j.de ali.⁊ ciba.leg.⁊ cū
debentur cibaria medicine non debentur: quia eum ſolum ciba⸗
re ⁊ non alimentare tenetur, quorum appellatione veniſſent p̄
dicta, ⁊ ita refert Bartol.conſuluiſſe. Idem dicunt Franc. Tig.
⁊ Joan.de Ligna.de quo not.in fi.in l.ſed ſciendum.ff.ad Tre
bellia.ibi impendiorum quoque, que ad iter explicandum.et ibi.
ſed ⁊ ſalutis ac dignitatis ⁊c. ⁊ not.in dicta l. idemque.§. idem
Labeo.ff.mand.⁊ in ſimili, in l.ſumptus.ff.de pact.in l. qui pro
prio.§.litis impendia.ff.de procur.⁊ not.in l.j. §. item ſumptus
litis.ff.de tute.⁊ ra. diſtrah. Nam cibaria congrua debentur
obſequium aliorum exercentibus, vt not. in Specu. de ſalariis.
§.ſequitur.verſic.quid ſi aduocatus aliquo caſu.⁊ verſic.cum
hec in argumētum.cum ſi. Idem no.in teſtibus, qui in obſequia
alicuius teſtificantur, vt ſumptibus producantur, et alantur, vt
nota.in l.quoniam.C.de teſti.⁊ l.eos.C.de appella.⁊ in l.ſi quis
ex ſignatoribus.ff.quemadmodum teſta.aper.cum ſimilibus.vi
de in ſimili ff.de lib.exhib.l.ſi quis a liberis.in princip. ibi quo
rundam egritudini. ⁊ cum equitate hec res deciditur. Angelus
de Vbal.de Peruſio.

ADDITIO.

a Tho.Dip. ¶De alimentis. Dicit Jo.de Imo. in l.ſi cum do
tē §.ſi maritus.ff.ſol.matrimo.ꝙ Bart.cōpoſuit tracta.iſtum de
alimentis, ⁊ poſtea alium tractatum longiorem, et ſic ſecundum
ipſum Barto.compoſuit tracta.alimentorum duplicatum. et
dicit ita ſe habere, ſed aduerte quod Alexand. non vult alleg
re Barto.in iſto tractatu, ſed in tractatu de teſte, dum alleg. in
oppo.prudentie. Et adde quod iſte tract.eſt Bar. et ita p̄ tract.
Barto. allegat domi. Abb.in c.ij.de conuerſ.infide.et Alexan.
in l.ſi cum dotem.§.ſi autem in ſeuiſſimo.ff.ſoluto matrimonio
⁊ in l. diuus.⁊ in l.hereditatum.in prima colum.ff.ad legem Fal
cid.⁊ in conſilio xxvj.⁊ in conſil.clxxviij volumine vj.incip. vi
deretur forſan ad conſultationem. verſicul. ſed in preteritis di
cit.⁊ Jaſo.in l.de alimentis.in princi.C. de tranſactio. et in lege
prima.§.huius ſtudij.ff.de iuſtitia ⁊ iure.⁊ domi.Bapt.Seuer.
in ſuo tracta.de tranſactio.in ix.queſtione. in fin. tamen iſte tra
ctatus eſt domi. Nicol. Alexand.de Peruſio, qui fuit gener
Bartoli ⁊ ita vidi in multis libris antiquis manuſcriptis, in
quibus

quibus iſte tractatus adſcribitur predicto domi. Nic. nihilominus cogita.

b ¶ Item calcearium. Vide Phil. Dec. in l. de alimentis. in pri. C. de tranſac.

c ¶ Sumptus. Vide Bar. in l. legatis. ff. de alimen. ⁊ cib. leg. cũ concor. de quibus ibi per Alex. in add. ⁊ ibi vide apoſt. meam, ⁊ vide Alexan. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo. ff. ſol. matrimonio.

d ¶ Lectus. Vide Barto. in l. legatis. in fine. ff. de alimentis ⁊ ciba. legatis.

e ¶ Debeantur. Vide Alexãd. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo. ff. ſolu. matrimo. Philip. Dec. in l. de alimentis. numero tertio. C. de tranſactionibus. ⁊ vide infra in apoſtil. in verbo medicine.

f ¶ Medicine. Vide Barto. ⁊ docto in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſeuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. ⁊ ibi Alexand. ⁊ Bart. in l. legatis. ff. de alim. ⁊ ciba. leg. ⁊ Bal. in l. in rebus. § poſſunt. ff. commoda. ⁊ in l. quod in vxorem. C. de neg. geſt. ⁊ do. Vitalem de Neapol. in ſuo trac. clauſularum. in rubr. an poſſit renunciari beneficio alimentorum.

g ¶ Ex cauſis. Vide Iaſ. in l. ius ciuile. ff. de iuſtitia ⁊ iure. ⁊ in authentica, vnde ſi parens. in principio. C. de inofficioſo teſtamento.

h ¶ De libe. agno. Vide ibi apoſt. meam.

i ¶ An mater. Vide Abb. in c. ij. de conuerſ. infid. ⁊ Alex. in l. ij. C. de pa. pot. in addi. Bart. ibi apoſt. meam, vide in l. ſi quis. §. ſi mater. ff. de li. agno.

k ¶ An frater. Vide Ange. de Are. in §. ſed ⁊ ſi quis. verſi. u. qd in fratre. Inſtitu. de actio. ⁊ Alexãd. in lege prima. ff. ſoluto matrimonio. ⁊ vide Bart. in l. ſi quis a liberis. §. vtrum. ff. de liber. agnoſc. ⁊ in l. quamuis. ff. ſoluto matrimonio. gloſſ. ⁊ Bart. in lege, parentum. C. de alend. liber. ⁊ in lege ſecunda, vbi pup. edu. deb. Quid autem in fratre vterino: Dic quod Cyn. poſt multa in lege prima. ff. de liber. agnoſcen. tenet idem: quia non reperitur prohibitum, quod intellige ſano modo verum eſſe, vbi frater non habet vnde aliunde ſe alat, vt not. gloſſ. in l. qui filium. ſuper verſiculo hec aliter que incip. id eſt aliunde. ff. vbi pupillus educ. ⁊ cum frater aliter conſulere non poteſt. id eſt cum ab alio ali nõ debet. dicta lege qui filium, ſed pone, quod frater habet patrem diuitem, ⁊ fratrem diuitem a quo debet petere alimenta: Dic quod a patre, idem ſi haberet auum diuitem ⁊ patrem diuitem, debet a proximiori ali vt. not. Cy. in lege prima. C de alend. liber. Sal. in lege fina. C. eodem. ⁊ per Bartol. in l. penulti. eodem tit. ⁊ idem de patre, ⁊ filio diuite, quod pater filium alit. vt l. penulti. ff. de liber. agnoſcen. Preterea ratio eſſe debet: quia horum alimentorum preſtatio deſcendit ex charitate ſanguinis, ⁊ ex equitate, vt not. text. in l. ſi quis a liber. in verſicu. et magis. ff de liber. agno. ⁊ ſic horum alimentorum preſtatio eſt facienda ſecundum proximiorem gradum magis ſtrictum petenti, vt dicta lege penul. ⁊ petit tam a genere maſcul. quam femin. vt dicta lege penulti. ſed tunc deſcendit ad lineam femininam in ſubſidiũ, ſcilicet alijs non extãtibus proximioribus, ⁊ idem eſt cenſendum de alimentis femine: cum alij proximiores nõ ſuperſunt, ſed tantum frater, per iura ſuperius allegata, ⁊ ea que not. etiam Barto. in dicta lege penulti. Ad predicta quoque facit notabi. queſtio domi. Dyn. in lege, alimẽta. C de nego. geſt. vbi vide omnino an frater teneatur alere fratrem exiſtente matre in medio, an autem ſi pater egenus habeat fratres, qui tenentur eum alere, ⁊ habet heredes extraneos filij, ⁊ habet matrem, ad quos pertinet onus alimentãdi, vide Bar. in l. ſi quis a liberis. §. item reſcriptum. ff. de li. agno.

l ¶ Filium naturalem. An autẽ pater teneatur alere filium prodigum, vide Bal. arg. illius tex. in c. pe. de conſuetu. quod pater poteſt denegare alimenta filio prodigo, ⁊ vide. l. pe. ff. de iur. do. ⁊ gloſſ. in l. iniquum. C. qui accu. non poſ. ⁊ Bal. i. l. ſi. C. de dot. promiſ. ⁊ Ioã. And. in c. Quintauallis, de iureiur. ⁊ Bart. in l. ſi quis a libe. §. ſi vel parens, ⁊ ibi apoſt. ff. de lib. agno. quando pater poteſt denegare alimenta filio, ⁊ ibi, an alimenta ſint de iure natu. an autem filio robuſto ⁊ ſano poſſit pater denegare alimẽta, qñ filius nihil vult operari, vide Bar. in l. j. in ſi. C. de mendi. vali. lib. xj. ⁊ in l. ſi quis a liberis. §. ſed ⁊ ſi filius. ff. de lib. ag. An autem pater teneatur alere filium diuitem, vide Alexand. in l. j. ſolu. matrimo. An autem pater teneatur alere filium inceſtuoſum, ⁊ filios ex damnato coitu. vide eundem Alex. in l. ij. in princip. in vltima col. ff. de in ius vocan. ⁊ Bar. in l. ſi quis a liberis. §. vtrum. ff. de liberis agno. An autem pater teneatur alere filium ſpiritualem, quem de ſacro fonte leuauit, dicit Bald. forte quod ſic, ſicut adoptiuum, vt ipſe not. in authent. niſi rogati. C. ad Trebellia. ⁊ Docto. in lege, ſi quis. §. vtrum. ff. de liberis agnoſcen.

m ¶ Nullam habet dotem Vide Alexan. in l. ſi cum dotem. § ſin autem in ſeuiſſimo. ff. ſoluto matrimonio. ⁊ in conſi. xxvj. in vj. volumi.

n ¶ Pro reſtitutione. Vide Bartol. in l. Lucius. ff. de alimentis ⁊ cibarijs legatis. ⁊ Paul. de Caſtro conſi. viij. inci. quo ad primum.

o ¶ Vltimo quero. Vide Bar. in l. Imperator, in ſi. ff. ad Treb. ⁊ domi. Vitalem in ſuo tracta. clauſularum. in clau. an iuri alimentorum poſſit renunciari, vbi plene examinat dictum Bart. ⁊ quomodo intelligatur.

p ¶ Imperator. Hic finit tractatus Bartoli, ſiue Nicolai, domini Alexan. de Peruſio, cui fecit additiones dominus Angelus de Vbaldis, de Peruſio. Alium quoque alimentorum tractatum fecit dominus Petrus de Vbaldis, frater ipſius Angeli ⁊ Bald. maximus Canoniſta, quem poſuit ſuper. c. cum haberet, de eo qui duxit in matrimoniũ, quã poll. per adulterium. incipien. tractatu de alimentis iiij. ſimpliciter videamus, quibus adde ſupra dicta, ⁊ etiam quod ſi creditor fecit aliquem incarcerare, ⁊ non eſt ſoluendo. tenetur preſtare alimenta debitori incarceribus ſecundum Baldum, in tractatu de carceribus. ⁊ Angel. de Aretio in §. finali. in fine. Inſtitutionib. de actionibus. ⁊ nota quia pluries practicaui in Romandiola ⁊ etiam Venetijs diebus proximis elapſis coram Reuerend. domino Ceſare Bachono, Vicario Reueren. domini Hieronymi Quirini, Patriarche Venetiarum, Vicario digniſſimo, ⁊ compatre meo. Adde etiam dominos de Rota, in deciſione cxliij. in antiquis, incipiente nota quod accuſato de crimine, vel ſuper bonis, pendente lite adminiſtrantur alimenta. Item in cauſis alimentorum proceditur ſummarie, vide text. gloſſ ⁊ Barto. in dicta l. ſi quis a liberis, quod limita in alimentis de futuro, ſecùs de preteritis, ſecundum Bartol. in l. de alimentis. C. de tranſactionibus. ⁊ ibi vide Iaſo. ⁊ eundem Iaſonem. in l. cum hi in principio. pòſt Alberic. de Roſa. ff. de tranſactionibus. ⁊ Petrum de Anchar. in clementi. prima. de iure patronatus. Item in cauſis alimentorum proceditur diebus feriatis, vide Alexand. in lege prima. ff. ſoluto matrimo. ⁊ ibi vide quod alimenta cum maiori facilitate preſtantur, ⁊ alia priuilegia alimentorum ponit Bartolus in lege, Mela. in princip. ff. de alimentis ⁊ cibarijs legatis. ¶ Adde etiam quod vbi relinquitur pecunia pro alimentis videtur eſſe de mente teſtatoris, quod de emolumento percipiendo ex illa pecunia legata preſtantur, tex. eſt in l. diuus. ⁊ ibi Alexand. ff ad legem Falcidiam. Itẽ alimenta legata Titio, ⁊ familie, que ⁊ quibus veniant, ⁊ vide Alexand. in conſi. clxxviij. in ſexto volu. incipiente, ⁊ videretur forſan. in princip. Item iudex nemine inſtante, ⁊ petente officio ſe interponit fauore alimentorum. l. diuus. ⁊ ibi Alexand. vbi videas. ff. ad legem Falcidiam. Item alimentorum onus ſequitur bona ad quemcunque tranſeant. l. ſecunda, in principio. ⁊ ibi Barto. in principio. ⁊ circa medium. ⁊ in l. ſolent. ff de alimẽtis ⁊ cibarijs legatis. Imo. ⁊ Paul. de Caſt. in lege nihil propon. de legatis primo. verſi. ⁊ ſi contra fiat. Item alimenta per teſtatorem relicta Titio ſi non petijt ab herede, ⁊ iuſſu ſuis ſumptibus non poteſt illa petere. Vide Paulum de Caſtro, de [illegible]dua in lege, diuortio. ff. ſoluto matrimonio. Et Felynum plene in capitulo, ex parte: in fine, de accuſationibus. quod nota, quia practicaui in cauſa Federici de Superchijs, de caſtro medij de Piſauro. Item an ille qui tenetur preſtare alimenta ſufficiat ſibi dare prebendam, vel ponere ipſum in hoſpitali ad alimentandum, vide Cardin. Alexand. in cap. cum haberet, de eo qui duxit in matrimoniuʒ quam polluit per adulterium. ⁊ an ſi quis teneretur quem alimentare, teneatur ad mercedes magiſtroruʒ, vide Baldum in lege qui filium. ff. vbi pupillus educa. deb. Item legatum alimentorum eſt arbitrarium, etiam ſi heres non confecit inuentarium, quia non debetur in ſolidum, nec vltra vires hereditarias. Bald. in lege, voluntatis, verſiculo, nunquid ergo propter. C. de fideicommiſ. ⁊ in conſilio cxv. in quarto volumine, ⁊ in taxationem iſtorum alimentorum debet fieri ex fructibus hereditatis, vt per doctores in lege, Imperator. ff. ad Trebellianum. ⁊ tenet Baldus in dicta lege, voluntatis. Iteʒ in alimentis preſtãdis debet haberi ratio ad bona emphyteutica. Item ad legitimã ipſius filij debentis. Item etiam debet deduci es alienum, vt plene per Alexan. in conſil. centeſimo. in primo volumi. incipiente, ſuper primo caſu. Item debet haberi conſideratio, ne filius fame pereat, vt prouideatur filio, ⁊ heredi ſicut ⁊ legatario, vel vxori in dictis alimentis taxandis, vide plene per Baldum, in dicto conſi. cxv. vbi omnino videas.

¶ Explicit Tractatus de alimentis, editus per do. Bartol. a Saxoferrato excellentiſſimum legum doctorem, ⁊c.

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN